

- 15 Minister iudicis condemnantis innocentem an exsequendo sententiam eius, peccet mortaliter?
- 16 Princeps potest sententiam dicere iuxta propriam & particularem conscientiam aduersus allegata & probata, imo aequissime sic faciet, ut in n. 17. sed hoc publice populo manifestetur in n. 19.
- 18 Advocatus licite potest defendere, quem noxium scit, si innoxium constat esse ex processu.
- 20 Episcopi iure communi vti debent iudicando secundum allegata & probata, non vero secundum privatam conscientiam suam.
- 21 Senatores supremi an teneantur iudicare secundum allegata & probata, vel possit ex propria & privata conscientia contra publicam sententiam dicere.

CAPVT XXIX.

An iudici liceat iudicare secundum allegata & probata, contra veritatem, quam privata scientia novit, necne?

Antiqua est illa & controuersia atque ingens rixa inter auctores Theologos, & vtriusque iuris interpretes, An iudex debeat & teneatur ex allegatis & probatis, que sibi in iudicio nota sunt, non vero ex his, que priuatum ex particulari scientia perceperit, sententiam dicere? Verbi gratia; Probatur quis legitime in processu nocens, quem ipse iudex ex certa scientia, priuata tamen, scit esse innocentem; an possit tunc & teneatur secunda conscientia illum iuxta allegata & probata condemnare aduersus propriam conscientiam priuatam, vel potius illum absolueret, quidem in hac questione facere debeat Christianus ac relictus iudex, ne erret? Hanc questionem, profecto offuscarunt atque obsecraturum DD. scribentes, precipue post D. Thom. plura indigesta pro & contra adducens ac varie de ea sentientes, sibi parum inter se consentientes; atque diuersas sententias in ea proferentes: Quinimo & plurima, vltra quam oporteret, loquentes; cum tamen prius ipse D. Thom. omnium post eum magister & antesignanus breuiter, dilucide, ordinatè, ac miro ingenio (vt reliqua) eam expedierit: ipse autem minimis omnium, nubilam posteriorem dispergens, doctrinam Angelici Doctoris sequutus, qua potero breuiter & claritate præsentem questionem disseram.

Imprimis admonemus, nos eam fingere in ea facti specie, in qua tota versatur difficultas, nempe, quando iudex cogitur præcise ferre sententiam diffinitiuam condemnatoriam vel absolutoriam, ita quod omnibus recte pensatis ac prudenter circumspicendis & prouisis, iudex aliter se non potest ab hoc onere iudicandi exitere: sed necessario ac præcise debet causam definire, quamuis, vt ex infra dicendis apparebit, vix possit extrema necessitas ingruere innoxij hominis in mortem adigendi. Hoc sic præhabito in præd. facti specie inuenio tres opiniones principales.

1. Prima est existimantium, quod in nullo casu, nec in causa ciuili, nec in criminali, liceat iudici condemnare eum, quem euidenter scit esse innocentem, quantum legitime probetur reus. Huius opinionis originarius refertur auctor Hugo in l. prator. ff. de iurisd. omnium iud. & Martinus iuris ciuili glossator antiquus in l. illicitus, §. veritas, ff. de offic. præsid. & gl. in l. bonorum, C. qui admittit, verb. scientiam, quam sequitur Calder. & Panor. in c. pastoralis, §. quia vero, de offic. deleg. & Ang. de Clauat. in summa verb. iudicare, q. 7. Rosell. verb. iudex, l. §. 18. & Nic. de Lyra Exod. 23. Adrian. in quod. l. 2. ad fin. & quod. 6. art. 3. & latius eam defendit frater Barb. de Rosell. in tract. de variet. opin. fol. 95. l. Arbor. l. 9. Theoph. c. 20. Alios auctores huius opinionis, & 8.

fundamenta congerit D. Couar. lib. 1. var. resol. c. 1. n. 1. eam segg. vsque ad num. 4. exclusiue. Quamuis ipse eam non sequatur, & latissime idem facit Salom. de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. quest. 67. art. 2. col. 1388. cum segg. & respectu cause criminalis eam 16. fundamentis prolixè satis comprobat Ant. à Cordub. lib. 1. sui questionarij, quest. 37. in 3. opinione, vers. 2. pars. pag. 299. col. 2. Nihilominus eam non probat, nec in ciuilibus nec in criminalibus. Eius namque fundamentis optime satisfit per D. Thom. & Couar. vbi supra, ceterosque sequaces S. Thomæ.

Secunda fuit opinio asserentium, quod in ciuilibus etiam vbi de magna quantitate ageretur, possit iudex condemnare innocentem, nocentem tamen in iudicio probatum: In criminalibus vero secus, siue causa capitalis sit, siue vilius mutilationis. Hanc sententiam refertur ab Angelo vbi sup. tenuisse Rudolphum: eamque probatur Imol. & alij in l. a Diuo Pio, in princ. n. 8. in vers. extra gloss. vbi: Credo quod falsa conscientia, ff. de re iud. & summa Rosell. vbi supra, & Adrian. etiam vbi supra dicens, esse Theologorum opinionem, & eam latissime fundat Anton. à Cordub. vbi supra, quamuis minime probet, sed ipsam sequitur & probat nouissime Petrus à Nauar. Theologus Toletanus, lib. 2. de restit. cap. 3. num. 160. cum sequemibus, existimans adeo procedere, vt nec etiam in casu scandalij totius populi occidi possit. Hæc tamen secunda opinio minus inter omnes habet probabilitatis, vt affirmat Domin. à Soto lib. 5. de iust. & iur. quest. 4. art. 2. in 2. opinione, miratus Adrianum, quod eam asserat esse Theologorum opinionem, cum tamen ex antiquis nemo sit, qui non indubie teneat cum S. Thom. vt infra in tertia & ipsius sententia communi videbimus: & fundamentis huius secundæ sententiæ satisfaciunt fidem, qui prioris responderunt. Quinimo ego miror maxime, quod vllus alicuius nominis Theologus hanc opinionem, probaret aduersus Magistrum communem, summum, veridicum D. Thom. cuius est opinio infra sequens. Hanc secundam opinionem nec veram esse, nec communem, late probat Salom. vbi supra, col. 343. cum segg.

Tertia verissima & receptissima sententia communis atque tenenda est, vt iudex in vltimas conclusus angustias, debeat in omni causa, tam criminali, quam ciuili, contra veritatem sibi vt priuato notam secundum allegata & probata sententiam pronuntiare: Hæc tamen cum pluribus probetur per infra citandos auctores vtgentibus fundamentis, sequenti tamen magis astruitur, nempe ex texto in cap. iudices, 3. q. 7. ex Diuo Ambrosio super Psalmo 118. in sermone super illud: Miserationes tue multa nimis, Domine, &c. Inquit ibi Diuus Ambrosius: Bonum enim iudex nihil ex arbitrio suo facit & domestica proposito voluntatis: sed iuxta leges & iura pronuntiat, status iuris obtemperat, non indulget propriis voluntati. Nihil paratum & meditatam domo deferit, sed sicut audiuit, ita iudicat. Nihil igitur aliud his verbis Ambrosius significare voluit, quam quod iudex ex seipso nihil iudicet, sed secundum allegata & probata in iudicio, vt aperte ibi adnotat gl. arguis, resoluens, quod aliud facit aliquid in eo, quod iudex est, aliud vero in eo, quod homo est; Nam, vt inquit Diuus Thomas, 2. 2. quest. 67. artic. 2. ad 4. homo in his, que ad propriam conscientiam pertinent, ad publicam & potestatem, debet informare conscientiam suam secundum ea, que in publico iudicio sciri possunt: Ex qua verissima ratione, atque aurea doctrina cessant omnia argumenta contra hanc tertiam sententiam per contraria partis lætatores adducta, tam ex diuinis literis, quam aliunde, dum eisdem probare contendunt, iudicem secundum ipsam veritatem ac propriam conscientiam debere iudicare:

Id namque verum intelligendam est, quod iudicare debet iudex veritatem secundum ea, que fuerint sibi propoſita, & sic secundum conscientiam publicam, que sibi constat atque est nota ex actis causa, vt iudici, quam sequi omnino tenetur ob publicam potestatem, quam gerit: scio vero de priuata conscientia, quia licet secundum eam reus innocens sit, secundum tamen publicam conscientiam, quam sequi tenetur, nocens est; Si enim aliud esset, facile peruerteretur ordo iudicarius, atque tota Reipub. Christianæ quies perturbaretur, maximaque scandala orirentur, & nonnunquam, imo sepiissime forsitan iudex mutetur, corruptus sibi priuatum constare de innocentia rei falso affirmaret, vt vere nocentem secundum vtramque veritatem abſolueret, & sic delicta impunita remaneret; Quod enim vilius nasci scandalum permittitur, quam quod veritas relinquitur, vt regula iuris affirmat, intelligendum est, quando aliud publice in iudicio probatum non habetur. Non etiam obest receptum de non occidendo innocentem, Hic enim secundum conscientiam publicam nocens est, & sic de similib. obiectis dicendum est, nam suprad. facili negotio refelluntur. Verum est, quod iudex minime & potius sententiam dicere contra conscientiam propriam atque priuam sibi stimulantem, nempe si existimet aut dubitet se non posse ferre sententiam ex probationibus contra priuatum ipsius conscientiam, tunc enim peccabit mortaliter palam agens contra propriam conscientiam & tamen, vt fatentur omnes prioris opinionis auctores, præcipue Hostiensis, l. Imol. in d. c. pastoralis, §. quia vero, n. 7. Adrian. quodlib. 2. ad fin. Syluest. statim citandus, & Nauar. in c. si quis autem, de patientia, dist. 7. n. 128. & D. Couar. vbi sup. n. 6. Nihilominus tamen & iudex, qui vt priuatus scientiam habet eius, quod in iudicio controuertitur, & sane contrarium his, que probata sunt, iustissime opinari potest, ex probationibus seipsum posse sententiam ferre, & hac opinione præmissa absque vlla culpa, eandem sententiam secundum allegata & probata ferre potest, vt habet hæc communis sententia, & in terminis eam probauit S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. & latius q. 67. art. 2. vbi eam facit conclusionem: Cum iudicium ad iudicem spectet, non secundum priuatum, sed publicam potestatem oportet eos iudicare, non quam ipsi nouerint veritatem, sed quod secundum leges, allegata & probata per testes sibi publice innotuit: & ibi Caiet. post longam ad vtramque partem quest. discussionem inquit, quod quia hæc vta solidam habet fundamentum, & nihilominus tenetur à tot. dd. sc. S. Thom. Alex. de Hales, Ricardo, Pet. de Palud. & Pet. de Tarantia, & multis alijs, vt referunt, & ortum habuit ab Ambrosio super, Beati immaculati in vita, vt in d. c. iudicet, id. c. amplectenda est: sequitur etiam l. Maior, in 3. sentent. dist. 33. q. 4. & Syluest. in summa verb. iudex, 2. q. 5. per totam, post Floren. 3. p. tit. 9. c. 2. §. 6. vbi expresse testatur, hanc opinionem à Theologis frequentiori calculo probatam esse, & eam sequitur ac probat referens esse opinionem antiquorum omnium. Theologorum, vtriusque vtriusque interpretum, D. à Sot. l. 5. de iust. & iur. q. 4. art. 2. vers. tertia ergo opinio. Eandem sententiam fatetur esse magis communem & tenendam consulti, quamuis dicat sui arbitrij non esse definire, que supradictarum verior sit, Ant. à Cordub. l. 1. q. 9. 37. circa fin. in vers. que igitur pag. 315. col. 1. in fin. Hanc etiam latissime probat, & magis communem, & multo verioiorem ac probatiori appellat Salom. vbi supra, col. 1387. & 1394. cum segg. & ex Iustis eandem opinionem tenuit etiam gl. in c. 1. de offic. ordina. & in d. c. pastoralis, §. quia vero, de offic. deleg. & ibi Card. in gloss. in l. 2. de ferijs, gl. Alberic. & Barr. in dist. §. veritas, Cynus, Barr.

& alij in l. 1. Cod. vt qua desunt. Couar. alios plures referens, & ex eisdem constare, esse magis communem opinionem, affirmat l. 1. variat. resol. c. 1. n. 6. quia n. 4. eam sex fundamentis comprobat, & n. inferioribus, respondet fundamentis contrariis: Eandem fatetur esse communem l. Orosius in d. §. veritas, n. 9. dicens, nempe, non dubium esse, quin opinio hæc à Doctoribus vtriusque iuris, & à Theologis quoque approbata sit: & eam tenent plures allegans Iacobus Menoch. de arbit. iud. l. 1. q. 8. & q. 24. n. 3. addit, idem esse in iudice habente arbitrium in causa. Eandem sequitur, & dicit communem Iul. Clar. in practic. crim. §. fin. q. 66. vers. scilicet autem. Vnde inferitur, nullam congruam rationem differentie assignari posse inter causas ciuiles & criminales, prout distinguebat secunda opinio; Quinimo in vtriusque indistincte communem sententia secunda est, vt nuncupatim post alios recte tenuit Couar. vbi supra, n. 7. vers. 2. quicquid immerito eum in hoc carpat Petrus à Nauar. vbi supra, num. 176.

Locuti sumus, quando iudex in vltimas conclusus est angustias, ita quod nihil sibi superſit faciendum, quam absolueret vel condemnaret, tunc enim, vt prædiximus, secundum allegata & probata, deſcripta scientia priuata, debet ac tenetur sententiam proferre.

Debet tamen & prius in præmissa specie diligentius examinare testes, eos instantius interrogando, distinctiusque scrutando horum locum & formam, vt inueniat occasionem liberandi innoxium, illa nimirum prudentia vltus, qua Daniel presbyterorum iniquitatem deprehendit, vt Sulanus innocentiam patfaceat: Si autem hoc non potest, debet eum luctuosi remittere iudicandum, si tamen hoc non potest, non peccat, vt prædiximus, secundum allegata & probata sententiam ferens, quia ipse non occidit innocentem, sed illi, qui eum asseruerunt esse nocentem: Ita S. Thom. d. q. 64. art. 6. ad 3. Et quidem quoad primum, vt iudex prius teneatur diligentius examinare testes, planum est, atque apud omnes absque controuersia in confesso, iureque verissimum, quia iudex ex officio tenetur veritatem omnibus viis indagare, atque innocentiam rei, etiam absentis perquirere, vt inueniat occasionem liberandi innoxium, vt in quatuorlib. iuris partibus probatur, & l. Regia del. orden del. proceder. contra los absentes in causis criminalibus. cauentur. Quoad 2. autem, nempe, vt & qui per diligentem examinationem testium de innocentia rei non constitit, debeat iudex eum superiori remittere iudicandum: est hoc remedium licitum sit, contendit tamen non esse necessarium D. à Sot. vbi supra, vers. sum autem, qui ex his, tum quia inferior iudex legitimum habet auctoritatem terminandi causam secundum allegata & probata: tum etiam, quia cum superior rei nesciat innocentiam, non possit ob testimonium inferioris eum absolueret, sed deberet aliorum testium iururando stare: tenuissimum, imo inane esset remissionis remedium, & perinde esse superiori eum remittere, ac supplicio offerre. Quare si non licet eum occidere, nec eum debet tradere superiori, sed ipsum liberare. Nihilominus tamen sententia S. Thom. in hoc etiam communis est & vera, nempe, vt remedium remissionis hoc casu ad superiorem sit necessarium, vt constat est Syluest. vbi supra, & plerisque supra citatis, eamque probat Alex. Hales in 3. p. q. 40. in 6. art. 2. ad vlt. arg. & q. 34. in 1. art. 4. & Caiet. super Thom. 2. 2. q. 67. art. 2. ad 4. Innoc. & alij quos refert Abb. in d. c. pastoralis, §. quia vero, de offic. deleg. Iul. Clar. vbi supra, vbi dicit communem, & bene Ant. à Cordub. d. l. 1. sui quest. 9. 37. in 2. opin. in vers. hoc opinione sequitur, & C. Angelus in suis florib. Theolog. q. 9. de restit. iniustitia in iudicio commissa, in 1. con. clus. pag. 143. & nouissime Petr. à Nau. d. l. 1. de restit. c. 3. num. 154.

num. 154. cum segg. dicens, hoc procedere secundum ipsos, quando id fieri posset sine scandalo, & indicant hoc remedium esse necessarium adhibendum, ut patet ex littera B. Thomae in verb. *debet*, quod importat necessitatem, eodem enim verb. *debet*, utitur D. Thom. in utroque casu nempe in primo diligentius examinandi testes, in quo idem Soto, & ceteri omnes esse hoc remedium necessarium fatentur, & in 2. remedio remittendi ad Superiorem: Ergo sicut primum est necessarium remedium, nempe inquirendi veritatem strictius a testibus, ita & 2. nempe remittendi reum ad Superiorem, quando per primum de innocentia rei constare non potest: quod & voluit prius Soto in vers. *quoniam etiam*, dicens: Addiderim ego vero tertium, quod deberet tunc, si profuturum cerneret, in tempus exferre personam iudicis, & coram superiore personam agere testis. Præterea idem conuincitur necessario à sufficienti partium enumeratione: Aut enim probabile est per factam remissionem ad Superiorem innocentem quomodo cumque à morte liberandum esse; Aut vero id non constat, sed potius contrarium: In primo casu patet esse remedium necessarium; imo est de mente Soti, quia per id innocens iudicatur liberatur à morte, quandoquidem superior id facere potest, iuxta ea, quae infra dicemus, nec tunc iudex inferior habet legitimam auctoritatem in conscientia terminandi causam hanc secundum allegata & probata, dum facile patet via ad liberandum cognitum innocentem: In secundo autem casu idem est dicendum, ut iudex Inferior hac via eadum iniustitiam contra propriam conscientiam, seque immunem ab iniusta nece conferret, & Superior viderit quid faciat, nec hoc est reum morti tradere, dum non mortem eius, sed ipsum immunem ab eius occisione reddere intendit, cum spe simul liberandi eum, & pro illo saluando pro viribus, sicque quantum in se est, directe tendit in eius liberationem, ad eumque finem id facit potius, quam ad occisionem, ut idem Cordub. & Nauarr. probant, ubi quod si putat remissionem profuturam, proculdubio iudex peccabit mortaliter, si semel damnauit, negando appellationem, vel ante sententiam non remittendo causam Superiori, de illius innocentia & testificando, & præterea tenebitur omne damnum illatum restituere, quia potuit illum liberare, a causam alteri, hoc est Superiori, prout debuit, remittendo, & tamen noluit: Ita frater Angles ubi sup. in altera conclusion. incip. iudex damnans, & pag. 243. ex quo deducitur, id procedere, quando per remissionem huiusmodi innocens veniebat liberandus: Quod si nihilominus occidendus erat, saltem iudex hic inferior non remittens, peccasse videtur, cum teneretur adhuc remittere & se in testem offerre, & sic tem à se abdicare, & in manibus superioris suo periculo iniicere, ut prædicabamus. Præd. sequitur Salon ubi supra, præterquam si id profuturum non sit, quia tunc potius esset illum citius morti offerre & nocere, ut obseruant Caiet. Sor. & Cou. secundum ipsum Salon.

12. Addunt nonnulli quod tertium subterfugium, nempe, quod iudex tunc debeat magistratui cedere, & sic deponere officium, ne contra propriam conscientiam iudicet: quod voluit Sylu. ubi supra, dum inquit, iudicem in hac specie teneri occidere innocentem, quando nec ipsum potuerit Superiorem remittere, nec suum officium dimittere, idemque alij probarunt, ut constat ex Cou. ubi supra, n. 3. circa finem, ubi, alij denique, & nouissime tenet Petr. à Nauarr. ubi sup. num. 156. & 161. cum segg. & ante eum Ant. à Cordub. ubi sup. circa finem, vers. & per hoc, concludens, quod quando iudex vidit, quod non nisi per remissionem ad Superiorem, vel per cessionem officij potest innocentem à morte liberare, nec

que teneretur: Quin alij aiunt, teneri citius omnium bonorum suorum dispendium facere, quam illum occidere: Imo & Petrus à Nau. ubi supra, n. 167. cum segg. exilimat, non licere illum condemnare, etiam si ex eo timeat iudex damnum personale, scilicet, quod ipse occidatur à Superiore, vel à populo, nisi sententiam ferat, vel publicum scandalum totius populi.

Hoc tamen remedium non est profecto necessarium nec obligatorium, atque ideo merito id improbat Domin. à Soto ubi supra, vers. *aliterum subterfugium*, cum, quod inutile est, tum etiam, quia nemo tenetur tam ingenti suo incommodo damnum, quod ipse non dedit, in fratrem cauere, & officium suum nemini debet esse damnosum, præcipue cum S. Thomas, qui de aliis remedijs prouidit, hanc non meminit, quicquid Syluest. retulerit. Denique si aliud diceremus, nullius momenti esset profecto sententia S. Thom. principalis & communis; Quandoquidem quicumque posset officium suum dimittere, & sic semper esset in promptu hoc remedium, præcipue si cum iactura bonorum, & vitæ propriæ, atque cum scandalo publico, iudex teneretur hac in specie omittere condemnationem huiusmodi rei, quæ priuatim scit esse innocentem, quamuis publice probatus sit nocens, deponendo officium, vel alias: præterquam, quod rigidissimum esset, obligare iudicem ad vitam suam, vel omnia bona propria amittenda potius quam ad officium suum exercendum, imo iniquum atque durum, non enim hac in specie occidit innocentem ad propriam vitam saluandam, quod non liceret, sed cum conscientia publica, secundum eandem potestatem quam exercet, scit esse nocentem: Deponere igitur conscientiam priuatam potius debet, & sic sequi publicam, quam officio cedere, nisi forte hoc malit de consilio, & sine scandalo, vel dispendio propriæ vitæ: Si enim etiam cum scandalo ad id teneretur, ut voluit præfatus modernus Nauarr. nunquam fuisset locus opinioni D. Thom. & communis, ut recte perpendit Sor. quicquid eum leuiter improbat Nau. quod profecto non debuisset facere, nec à doctrina D. Thom. & communis omnium prope Theologorum, præcipue antiquiorum priuatius quibusdam rationibus, usque minus solidis, facile discedere, professus esse verum homicidam, & ad restitutionem teneri iudicem talem hominem condemnantem, cum S. Thom. & communis atque receptissima sententia Theologorum & Iuristarum contrarium omnino teneat: Quid enim seruit scrupulum iniicere, ubi non est: Quandoquidem nemo ambigit, securum & innoxium esse eum iudicem, & à peccato & restitutione liberum, qui & tenet doctrinam Sancti Thomae, & communem, deponita conscientia priuata, suum officium atque potestatem publicam sibi datam exequutus fuerit, licet nonnulli alij contrarium in proposito tenuerint: & quod iudex in hac specie non debeat abstinere à munere iudicandi, testatur communem contra Abb. & Imol. Iulius Clarus ubi sup. Poterit ergo, si credat profuturum ad tempus personam iudicis exulare, ut causa illa transeat in manus successfulis, & coram illo agat deinde personam testis: secus si credat, non profuturum secundum Salon ubi supra, non tamen ad id tenetur per supradicta.

13. Quartum remedium, ut ab liberandum huiusmodi innocentem inuenit Alex. de Hales, ut refert & sequitur Ant. à Cord. ubi sup. in princ. qua. in vers. *quin etiam* quarto, ut si citra scandalum, optimaque dissimulatione id fieri possit, liceret iudici carceres dimittere apertos ad fugam: quod etiam sequitur Domin. à Soto ubi sup. in vers. *quin etiam*. Addit Cordub. quod id iudex facere deberet, ubi refugium aliud non pateret, neque via ad innocentem à morte aut mutilatione liberandum, nec

ex

ex hoc iudici vel alij aliquod dispendium immineret, nec scandalum, vel alij probat, & sequitur Nauarr. ubi sup. n. 152. cum sequentibus, & Salon ubi supra, vers. *quarto*, col. 1395. & nihil placet, quamuis difficillimum in executione id iudicem, rarissime enim sine nota & scandalo, atque dispendio custodis, id effici poterit.

14. Addit Caiet. ubi sup. d. 9. art. 2. circa finem, vers. *ad ea autem*, quod si casus disputatus acciderit Inferiori iudici, deberet coram populo iurare, quod sibi constaret oppositum, & propterea non iudicet, & indicare modum, quo constaret sibi, nempe, quia *vidi in tali loco, &c.* & hoc ipsum deberet significare Superiori, ut vel hic habendo ipsum Inferiorem iudicem pro vno teste, innocens adiuuaret coram Superiorem iudicio: quod & ceteri referunt atque sequuntur, & addit Soto, quod ex hoc nulla testis, iniuria irrogatur, imo cum ipsi sint iniurijs, eorum iniuria repellitur, & quamuis fortasse id bona fide facerent, nulla eis fit iniuria, dum miseri innocentia protegitur. Illud autem de iuramento coram populo per iudicem faciendo, quamuis sit decens, mihi necessarium omnino de per se solum non videtur, nisi tantum illud de remissione ad Superiorem in præd. finem facienda, ut tenet D. Thom. & nos quoque supra probauimus. Populus enim ex delicto in processu contra reum probato offensus minime placebitur ex præd. iudicis inferioris iuramento, quinimo plerique id vitio tribuent iudici, existimantes reo partialem atque fauorabilem se exhibere, potius quam veridicem. Con sanguine præterea, affines & amici iniurijs occisi maxime conuenerunt de prædicto iudice sic iurante contra acta processus, ac forsitan ei imponunt corruptionem: Quare cum sine nota & vitio infamiae & scandali id effici non valeat, nec prædicta protestatio siue iuramentum sola aliquid præsteret, quin potius nocere posset, opportunius iudicio in casu præfato uti remissione causæ ad Superiorem modo & forma, quibus cum Dno Thoma & sequacibus prædiximus: quod si hoc fieri non possit, quia aditus facilis non sit ad Superiorem, vel ratione scandali, vel quia longissime abest & negotium vrgeat, vel ratione alterius causæ, aut magni damni, tunc tertia est sequenda sententia magis communis D. Thom. quam supra tenuimus, & nunc quoque, hic probamus, nempe, ut deponita conscientia iudex iuxta allegata & probata sententiam profert, prout potest sine peccato.

15. Minister & autem iudicis condemnantis innocentem, si sententia intolerabilem errorem contineat, non debet obedire, alias excularentur carniſices, qui martyres occiderunt. Si vero sententia non contineat manifestam iniustitiam, non peccat præceptum exsequendo, quia ipse non habet discutere superioris sententiam, nec ipse occidit innocentem, sed iudex, cui ministerium exhibet, secundum D. Thomam d. 9. art. 6. ad tertium, in fine: quod si certo alias sciat, illum condemnatum esse innocentem, si commode potest se excusare ab executione illius sententiæ, abstinere quidem ab ea tenetur: quod si id commode non possit, tunc formata bona conscientia, nempe, quod id licite faciat, potest & debet ad iudicis præceptum eam exsequi & obedire, nec tenetur suo officio cedere, sicut nec iudex, nisi manifeste & notorie de tali iniusta sententia constaret, ut docet Caiet. d. 9. super art. 2. ad finem, & Cord. ubi supra, in 2. opinione, in 3. corollario dicens, quod Dd. de hac opinione concordant.

16. Supradicta tertia & communis sententia Sancti Thomae & sequacium limitatur in Principe, qui potestatem habet leges condendi, & conditis derogandi: Is enim poterit sententiam dicere iuxta propriam & partialem scientiam aduersus allegata & probata

in iudicio, Ex eo namque quod priuatim certo scit alterum ex litigatoribus, vel innocentem, vel nocentem esse, etiam tetragantibus actorum prohibitionibus poterit iustissime, imo & debet discedere ab elege, quæ dicitur. Iudicem secundum allegata & probata debere sententiam proferturita volunt atque tenent Cynus, Bartol. & alij in leg. 1. Cod. ut qua desum aduoc. Alberic. in d. §. veritas, Felin. in d. §. quia vero, & Cou. d. l. 1. var. res. c. 1. n. 7. vers. *Principes tamen*, & Orosc. d. §. veritas, num. 13. dicens, quod Theologi hoc tenent, & quod si id non faciat, peccabit: sequitur etiam plures referens Menoch. de arbit. iud. l. 1. q. 8. n. 21. & quæst. 24. n. 4. Roland. à Valle conf. 70. n. 20. cum segg. l. 1. Cordub. ubi supra, col. fin. vers. *quo non obstante*.

17. Quinimo & secundum Couarr. ubi supra, Princeps æquissime faciet, si reum ex probationibus nocentem, vere tamen ab eo criminem liberum, ex propria scientia absoluerit, reum autem ex processu innocentem, etiam à pena immunem iudicauerit, tamen si Princeps sciat priuatim, eum vere deliquisse, nisi delictum ita atrox ac perniciosum esset, ut maxime conueniret Reipublicæ eius auctorem probatum publice puniri: quod etiam probauit Ant. à Cordub. d. 9. 37. col. fin. lib. 1. sui questionarij & primum, quod prædiximus, probatur in c. Deus omnipotens, §. quando autem, 2. quæst. 1. per quem text. alios auctores allegans, idem tenet Orosc. in dicit. §. veritas, n. 10. & late post alios Petr. à Nauarr. ubi supra, num. 178. cum segg.

18. Sic etiam prædicatus licite potest defendere, quem noxium scit, si tamen innoxium constat esse ex processu, ut tenet Burg. de Paz in proemio leg. Taur. n. 26. cum sequentibus, fol. 39. num. 270. & 271. Consilius tamen Caietan. d. art. 2. ad finem, ut Princeps palam testetur, & publice propriam ac priuatam conscientiam manifestet, quo populo satisfaciatur & partem quietet, scilicet, quando, quia scit priuatim, quem esse innocentem, tamen in iudicio alium probatum sit, eum absolueret debeat: quod ceteris, prout consilium est, placet, non tamen est obligatorium.

19. Episcopi autem iure communi quod vti debent, iudicando secundum allegata & probata, non vero secundum priuatam conscientiam suam, ut probant post Ioan. Andr. Bald. in c. Sacramentum, ad finem de consuet. res. feud. & Ias. in l. 2. ad finem ff. de in licet iurando, quos refert & sequitur Orosc. in d. §. veritas, n. 16.

20. Secus & autem quibusdam videtur dicendum de supremis Senatoribus, iudicibusque, qui prætoris Regis assistunt, nempe, ut hi possint litigantibus vis dicere, atque sententiam ferre contra allegata & probata, ex propria & priuata conscientia, ut tenet Guido Papæ q. 29. & Roland. à Valle conf. 70. n. 17. & 18. l. 1. & Thom. Gram. post Bertrandum quem refert dec. 19. n. 14. & alios allegans Becius conf. 2. num. 89. l. 1. modo hæc priuata scientia omnium iudicum simul sit, nempe, ut collegium corpusque quoddam sunt, non vt singuli, vt Alciat. intellexit in c. 1. n. 89. de officio ordin. & probauit Iulius Orosc. in d. §. veritas, n. 17. Hoc tamen nihil verum non videtur existimanti, eos teneri iure definire ex his, quæ ex processu constant; Quandoquidem debent ac tenentur vis acribus, & processibus iudicare: Ergo ex illis publicis documentis, non ex particulari scientia tenentur sententiam dicere, ut probauit Cou. l. 1. var. res. c. 1. n. 7. vers. *tertium*, & sequitur decisio, 1. Pedemont. n. 43. cum segg. reprobantes expresse Guid. Pap. ubi sup. & sequaces tanquam falsum & erroneum tenentes, quia hi iudices nullam habent à Principe potestatem derogandi legibus, quæ hæctenus semper statuerant in maximum Reipublicæ commodum, iudicem secundum allegata & probata in iudicio debere sententiam proferturita,

SUMMARIUM.

- 1 An iuste quis puniatur pro peccato alterius? & num. seqq. per totum caput.
- 2 Exod. cap. 20. intellectus. latus num. 18.
- 3 Regum 2. cap. 12. declaratur.
- 4 Genesi cap. 19. & num. 17.
- 5 Deus filios prouecta aetate pro parentum peccatis affligit, ut ipsorum parentes puniat, non vero filios.
- 6 Iura Pontificia puniunt haereticos priuando filios eorum orthodoxos bonis & successione parentum damnatorum.
- 7 Similiter, & in casu cap. in quibus, de panis, puniuntur heredes delinquentium, vsque ad quartam generationem.
- 8 Plerumque ob culpam vnius tota provincia, vel ciuitas submittitur Ecclesiastico interdicto. Excommunicatio lata in collegium, vel vniuersitatem, quamuis iure possit fieri, non ligat postea in id, vel eam ingredientes.
- 9 Ciuius interdicitis, & hi interditi censentur, qui in locum aliorum ciuium post sententiam successerunt, in eam ciuitatem domicilium transferentes.
- 10 Ciuis interdicitus si se ipsum alibi causa vitandi, domicilium translulerit, immunitus erit ab eo interdico.
- 11 Ciuitas qua proprium Episcopum occiderit, licet omnes ciues nec peccati nec criminis rei sint, priuatur honore & dignitate spirituali.
- 12 Nemo pro peccato alterius est puniendus, Ezech. a. 18.
- 13 Non prius Deus est ultor, quam aliquis sit peccator, secundum Diuum Augustinum.
- 14 Deuter. cap. 24. Non occidentur parentes pro filiis, nec filij pro parentibus, sed vnusquisque pro peccato aeterno morietur.
- 15 Peccata suos debent tenere auctores.
- 16 Statutum quo cauetur, illos de domo teneri pro consorte, est contra ius diuinum & humanum.
- 18 Pena aeterna, aut temporalis spirituali, nunquam diuino iudicio puniti fuerunt nec puniuntur innocentes ob alterius culpam, nec poterunt humana lege puniri, pena autem temporalis & corporalis, quandoque Deus punit filios in hac vita pro peccato parentum ex causis iudicio humano occultis: ratio autem eius ponitur num. 19. quia scilicet talis filij pena, & patri nocet, & filio ad salutem suam animam prodest.
- 20 Deus saepe ob parentum merita non solum mercedes plurimas filijs confert, sed moriem & alias plurimas, quas merebantur penas remittit.
- 21 Excommunicatio est spiritualis pena, non autem quacunque alia pena Ecclesiastica canonice, prout est Ecclesiastici interditi, aut irregularitas, qua non est spiritualis pena.
- 22 Lex humana minime poterit immutare diuinum iudicium, quo pro alterius culpa & criminibus innocentes corporis pena affliguntur: non licet igitur quempiam propter crimen alterius occidere, nec excommunicare, nec fustibus, cadere, nec alia corporali pena punire.
- 23 L. qui quis, C. ad l. iul. de vi, non recte dicit, ex Imperatoris lenitate vitam condonari filiis eorum, qui Regiam laeserint Maiestatem, quia hoc secluso, Imperatores iuste minime poterant filios pro peccatis parentum interficere.
- 24 Nulli humano iudici licet vnquam vnus hominem pro peccato alterius occidere, nec alia pena corporali eum afficere.
- 25 Lex humana, cum iusta subest causa, & propter Reipublicae utilitatem, quo promptius & cautius a delictis & criminibus homines abstinere, filios & nepo-

tes pena bonorum, aliaque simili sancte & iuste potest afficere, ut passim legibus & canonibus definitum est, nunquam tamen absque iusta causa potest iudex praedictis penas imponere.

26 Quandoque ex causa, etiam absque culpa diuino & humano iudicio pena pecuniaria inferitur.

27 Stante iusta causa valebunt statuta vel consuetudines, ut alij in panis pecuniariis pro commissis aliorum teneantur & puniantur, etiamsi nihil vere vel praesumptiue commiserint, dummodo non corporaliter plebentur, & num. 29.

28 Statuta & consuetudines, quibus disponitur municipia teneri resarcire damna data in eorum scribis, non debent intelligi, quando sciunt a quo fuit illarum damnum, & est soluendo, quia tunc non debet quis grauari odio alterius, sed quando ignoratur a quo damnum fuit illatum, vel scitur, & non est soluendo qui damnum dedit.

30 Filij & nepotes eorum, qui diuinam vel humanam laeserint Maiestatem, infamia notantur, & indigni censentur ad obtinenda officia publica, & beneficia Ecclesiastica.

31 Filij haereticorum ante crimen commissum nati, an sint infames, & in praedicta prohibitione ceteris quae panis canonice comprehenduntur, & num. seqq. resoluuntur affirmatiue, num. 37.

32 Filij eius qui humanam laesit Maiestatem, nati ante crimen, non puniuntur.

33 Leg. 2. tit. 2. par. 7. intellectus.

34 Filius natus ante dignitatem patris, non consequitur prerogatiuas & honores eius, & multo minus debet ei nocere crimen patris post eius natiuitatem commissum, in num. 35.

36 Filij nati ante principatum nobilitatis a Principe datum alicui, an censentur nobiles.

38 Filij haereticorum & receptatorum, an priuentur beneficiis obtentis tempore commissi criminis ipso iure, vel per sententiam.

39 Filij eorum, qui in articulo mortis haesim commiserunt, penas canonice patiuntur.

40 Filij haereticorum, qui tales esse, vel decessisse probantur, non sunt admittendi ad beneficium Ecclesiasticum, nec publicum officium.

41 Text. in cap. statum el. 2. de haeret. in 6. intellectus contra Simanc.

42 Ratio differentia inter filios ante & post haesim natos assignata a Calderino diluitur? & num. 43.

44 Haeresis est a carnalibus vitiis aliquando oritur, praecipue tandem illius causa est superbia, quoniam hac est omnium haeresium parens, a qua potissimum omnes haereses generantur.

45 Vitia corporalia & spiritualia, inimica mores, & infirmitas patris an in filios transeat.

46 Cap. non impurantur, l. quest. 4. intellectus.

47 Concilium Toletanum XIII. cap. 1. reseruat, & prius num. 36. in vers. quinto & ultimo.

CAPVT XXX.

An iuste quis ob alterius culpam puniatur?

TRigesimalam quaestionem Canonice super eo articulo constituitur: An iuste quis puniatur pro alterius peccato.

Et pro parte affirmatiua primo adduco illud Exodi cap. 20. Ego sum dominus Deus tuus, zelotes, visitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Visiuius ibi exponitur pro eo, quod est ponens verberans, aut castigans. Nam cum dominus aliquid horum erga nos in hac vita existentes

existentes facit, tunc nostras dicitur visitare iniquitates iuxta illud Dauid. *Psal. 88. Si iustitias meas profuerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus, peccata eorum.* Filij enim, res quaedam sunt ad parentes spectantes, & quae inter omnes res externas magis parentes contingunt, & propius ad ipsos accedunt, sunt namque sanguis parentum, ut in l. 4. ff. de iustis. testam. & ita morbos filiorum parentes aegre ferant perinde ac suos, de illorum adueritate dolent, ut de sua, atque de ipsorum morte vehementius contristantur, quam de admissione cuiuslibet supelletilis: sunt praeterea sub dominio & potestate parentum constituti ut in toto titulo, de his qui sunt sui, vel alieni iuris, cum similibus, sicque sunt quasi quaedam parentum possessio. Vnde quoadmodum infirmitas & mors ferui cedit in damnum domini, cuius est seruus, ita etiam afflictio filij in damnum cedit ipsius patris. Consequitur igitur, ut filio aut mortuo, aut aegrotante damnum patitur pater, & sic in morte aut aegritudine filij pater puniatur: iuxta hunc igitur modum visitare se dicit Dominus iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, quia pro iniquitate parentum Deus punit filios, vsque ad tertiam & quartam generationem. Puniatur ergo filius innocens pro peccato patris ob eam solam causam quia filius est res quaedam patris & possessio, in cuius afflictione puniatur pater tanquam in re sua, vrpote afflictionem filij grauius ferens, non dixit vltra quartam generationem, quia vita parentum raro eo protenditur, ut post quartam aliam ex se illi videantur generationem, per quam afflictionem possint ipsi puniri: & cum afflictio filiorum pro peccatis parentum inferatur a Deo, ad ipsorum parentum punitionem, congruum est & necessarium, ut in filiis illis filijs siue generationibus fiat, quas videte potest ipse peccans.

Secundo ad idem cito Regum 2. cap. 12. vbi punitus est Dauid morte filij ex adulterio nati, ut in illo dolore & pena nati ferret, quem ex illicito & damnato coitu genuerat: Pater enim non est punitus, sed potius Domino miserante ante usum rationis raptus est, ne malicia mutaret animam illius: Mors ergo pueri respectu ipsius non punitio fuit, sed opus misericordiae: Quantum ad ipsum Dauid parentem spectat, opus fuit punitiois & vindictae, per quam in eo, quod peccauerat, punitus est.

Tertio sic etiam legitimus 19. Genes. paruulos Sodomae sine vilo peccato proprio simul cum parentibus suis igne consumptos fuisse: & Num. 17. paruulos cum Dathan & Abiron sine proprio peccato, viuos a terra deglutitos, quos Dominus non punit, sed potius illorum miseratus est, cum illos ex hac vita innocentes migrare voluit, ne si diutius peritissent, paternarum iniquitatum fuissent imitatores effecti, & sic grauiores postea penas sustinerent. Similiter etiam in diluio vniuersali paruli, qui videbantur innocentes, perierunt.

Aliquando etiam & quarto Deus filios prouecta aetatis pro parentum peccatis affligit, ut ipsos parentes puniat, non vero filios; His siquidem huiusmodi afflictio cedit in bonum, quia per illam cautiore sunt ad futura peccata praecauenda, eorumque virtus & meritum per illam, si patienter ferant, crescit: Quo fit, ut licet talis afflictio sit illis grauis & acerba, non tamen respectu eorum pena dicitur neque punitio secundum quod pena vel punitio dicitur ordinem & respectum ad culpam, qua illi in peccato parentum omnino caruerunt: Parentibus tamen comparata talis filiorum afflictio pena dicitur, quoniam pro ipsorum peccato

est filijs inflicta, in quibus simul etiam parentes affliguntur: Hinc est, quod peccante Cham peccato irreuerentiae in patrem, filio eius Chanaan maledixit Noe, sic dicens: *Maledictus Chanaan, seruum seniorum erit fratribus suis, Gen. 9.* ut per illam maledictionem grauius affligeret & puniret Cham, cum ille videret non solum se sed etiam filium suum a patre maledici.

Quinto idem constat Isae 6. & 7. vbi filij & filiae Achan, qui furatus fuerat de anathemate ciuitatis Hiericho contra praecipuum Domini, simul cum ipso Achan eorum patre ex mandato Iosue interfecti sunt, quo facto placatus est Dominus; qui de peccato Achan iratus fuerat.

Sexto idem patet 4. Reg. 5. vbi filij Giezi pueri Helisae Prophetae percussit sunt lepra, propter peccatum patris, qui contra voluntatem Helisae a Naaman leproso ob collatam illi sanitate munera accepit: & alibi saepe Deus visitat peccata patrum in filios, vsque ad tertiam & quartam generationem: quia & Euripides atque Plutarchus in libro de sera numin. vindicta, non ignorat, & Iulianus Philolophus quaest. 13. 8. & Caelius lib. 6. Section. antiq. c. 14.

Sed & iura Pontificia puniunt haereticos, priuando filios eorum orthodoxos bonis & successione parentum damnatorum, confiscant enim eorum bona in terras Ecclesiae, sicut Ecclesiae; In terris vero Regis vel Imperatoris, sicut Regio vel Imperialis, respectus, ut in cap. vergentis, de haeret. Nec enim (ut inquit ibi Summus Pontifex) huiusmodi seueritatis censuram orthodoxorum exheredatio filiorum, quasi cuiusdam miserationis praetextu debet vltatenus impedit: cum in multis casibus (etiam secundum diuinum iudicium) filij pro parentibus temporaliter puniantur, & iuxta Canonicas sanctiones, quandoque feratur vitio non solum in auctores scelus, sed etiam in progeniem damnatorum, vbi glossa finalis illas Canonicas sanctiones citat.

Sic etiam in c. in quibus de panis, decisum est existat quod patroni, aduocati, aut feudatarij, vel vice domini, occidentes vel mutilantes Praelatum, vel clericum Ecclesiae, per se, vel per alios, amittunt quod habent ab Ecclesia, & non solum nihil peruenire debet ad heredes, sed etiam vsque ad quartam generationem posteritatis talium in clericorum collegium nullatenus admittuntur, nec in domibus regularibus alicuius praelationis assequi debent honorem, nisi eam eis fuerit misericorditer dispensatum: & ibi glossa ad heredes, notat esse speciale ibi, quod filius puniatur pro delicto patris, sicut in crimine laesae Maiestatis.

Similiter licet pena ecclesiastica interditi grauis sit, plerumque tamen ob culpam vnius, qui ciuitatis aut provinciae dominus est, vel in ea habet saecularem vel Ecclesiasticam iurisdictionem, tota provincia, vel ciuitas submittitur interdico, ut in cap. non est vobis, de sponsal. cap. sane, el. 2. vbi Decius, de officio delegat. cap. si sententia, de sententia excommunicat. lib. 6. in 2. part. Haec tamen Pna spiritualis non est, quia non afficit animam, non enim priuat communionem suffragiorum Ecclesiae, sed tantum suspendit interdictos auditione & celebratione diuinorum officiorum: quae profecto priuatio directo animam non afficit, & sic distat ab excommunicationis censura.

Quo fit, ut quamuis iure possit excommunicatio ferri in vniuersitatem, minime ligantur hi, qui post ipsam censuram pronuntiationem collegium; aut vniuersitatem ingressi fuerint, ut cum communi probat Alfonso Hoxeda de incompatibil. benef. cap. 13. num. 111. ad fin.

Quo fit primo, ut ciuius interdicitis, & hi interditi

dicitur censentur, qui in locum aliorum civium post sententiam successerunt, in eam civitatem domicilium transferentes, iuxta glossam communiter receptam in d. cap. si sententia, verb. non competant, quam esse ordinatam exafone, & communiter approbatam testatur D. Cou. lib. 2. var. resal. c. 9. n. 10. & Hoxed. de incompatib. benef. c. 23. n. 112.

10 Secundo ¶ dicitur, quod e contrario civis interdictus, si se ipsum alibi causa mutandi domicilium transulerit, immunis erit ab eo interdico, vt notant Dd. in d. c. si sententia, & Cou. ubi supra, & Hoxeda ubi supra.

11 Ultimo ¶ accedat, quod civitas, quae proprium Episcopum occiderit, licet omnes civis, nec peccati, nec criminis rei sint, privatur honore & dignitate Episcopali: text. est in c. ita nos, 25. q. 2. quod est intelligendum, quando ipse Episcopus erat iam consecratus, secundum Bald. in l. si nondum, C. de furt. & In l. in l. col. 2. C. de inof. testam. quos refert & sequitur Cou. ubi supra, in fin. Hoxed. ubi supra. n. 112.

12 Sed & pro parte ¶ negatiua non desunt sacri eloqui auctoritates quibus eadem adstruitur, nempe, neminem pro peccato alterius esse puniendum, & 1. Ezechiel. 18. vbi Dn. Ezechiel. per Prophetam loquutus est, sic dicens: Anima, quae peccaverit, ipsa morietur; filius non portabit iniquitatem patris: & pater non portabit iniquitatem filii iniquitatis nisi super eum erit, & impietas impy super eum.

13 Secundo ¶ eadem pars confirmari potest testimonio Augustini dicentis, Non prius Deus est ultor, quam aliquis sit peccator.

14 Tertio idem probatur ¶ Deuter. c. 24. Non occidentur parentes pro parte, & ne filij pro parentibus, sed vnusquisque pro peccato aeterno morietur: & Exod. 23. In fontem & in sum non occides: & Psal. 68. Quia non rapui tunc exsoluebam.

15 Sed & iure ¶ positio idem probatur in titulis, Cod. ne filius pro parte, & ne uxor pro marito, & praeterca peccata sua debent tenere auctores, vt in l. sancimus, cum finilibus, C. de panis, & in l. 9. tit. 31. part. 7. Quod adeo procedit, vt iustitiam fatius esse existimauerit, in dubio potius nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnari, vt in l. obsequem, vers. fatius ff. de panis, & in d. l. 9. tit. 31. part. 7. facit text. in auth. vt nulli iudicum, §. quoniam vero, collat. 9. in illis verbis: Aut damna eorum inferre vicis, vbi expresse prohibetur, damna ab aliis illata vicis inferri: Vnde gloss. in verb. vicis, ex illo text. inuehit in magistratus punientes vniuersitatem pro aliquo delinquente: & ideo Bald. in d. l. sancimus, dicit, statutum, quo ¶ cauetur, illos de domo teneri pro consorte, esse contra ius diuinum & humanum, & in c. agnoscentes, col. 1. circa medium de conscri. asserit, huiusmodi statuta plerumque esse iniqua, quem refert & sequitur Chassan. cons. n. 4. Barb. cons. 6. n. 1. & 2. inser. consil. Calcani, Luc. de Pena in l. iure preuisum C. de fabricens. lib. 11. prout eos refert Othman decif. Pedem. 88. num. 2. & late comprobatur Gig. de crim. lase. Maest. in titul. de panis quas filij incurrun. c. c. 14. n. 12. & seqq.

16 Quoniam modo intelligenda sunt praedicta ex diuinis literis testimonia adducta pro vtraque parte: Videntur enim prima quidem facie inter se pugnat: similiter & ea, quae ex iure positio retulimus.

17 Quidam ¶ autem (vt Diuus Hieronymus super Ezechiel. in d. c. 18. refert) dixerunt; verba illa Exodi, quibus Dominus ait, visitare se iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, non esse iuxta literam, sed per parabolam intelligenda: hoc autem non placet ipsi, & merito: Ex eo enim sole, quod

tunc Dominus legem ferebat & transgredienti eam poenam comminabatur, per quam illos ad leges obseruantiam perargeret, constat non esse parabolam, quia in ferendis legibus nullus debet esse parabolis locus, quia nodae & aperta debent esse leges, vt possint ab omnibus intelligi.

Quare ipse Hieronymus, dubius maxime de vero sensu eorum testimoniorum ex sacro eloquio praecitatorum, & innuens, difficilem esse huius perplexae quaestioni ac modi dissolutionem, quandoquidem tam acriter eum torfit, inquit: Et quamquam non audeamus quidpiam dicere, nec vas fictile loqui contra figulum; Quare me ita, vel ita me fecistis tamen scandalum patiebamur occultum, quod iniustitia videretur Dei, alium peccare, & alium luere peccata; Si enim reddit peccata patris super filios in tertiam & quartam generationem, iniustum videretur, vt alius peccet, & alius puniatur: sed ex eo, quod sequitur, His qui oderunt me, comminationis sine praeccepti, scandalum soluitur: Non enim ideo puniuntur in tertia & quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri deberent, sed quia patrum existenter amulatores, & oderunt Deum, hereditario malo & impietate in ramos quoque de radice crescente: tandem D. Hieronymus de hoc sensu non satis securus inquit; Si quis autem, vel meliorem, vel altitum sensum poterit reperire, qui contrariorum inter se testimoniorum scandalum tollat, illius magis sententia acquiescendum est.

Hac tamen expositio Hieronymi, suae sensus, ex pluribus constat non videretur, quae eleganter cumulat Alfonso, a Castro lib. 2. de iusta heres. c. 11. Tam aperta, inquit, sunt in sacris literis testimonia, quae filios pro peccato parentum fuisse a Deo punitos asserunt, vt nulla possint tergiversatione celari: Videretur ergo ex eisdem procedere non posse, quod D. Hieronymus ait, nunquam filios puniri a Deo in tertiam & quartam generationem, quia deliquerunt patres eorum, sed quia patrum fuerunt imitatores: quod etiam probauit Nicol. de Lyra super Exod. de hac re agens, dicens: Alio modo intelligitur de poena aeterna, quae infligitur filio pro iniquitate patris, in quantum est imitator paterni scelesti: ideo subditur, Vtique ad tertiam & quartam generationem; Quia sicut dictum est, aliquando mali homines vident filios suos, vsque ad tot generationem, & sic informant eos malis exemplis, vel illi imitantur, quod viderunt in patribus: quod & voluit D. Thom. 2. 2. quaest. 108. art. 4. ad primum, & 1. 2. quaest. 87. art. ult. ad 1. & nouissime Hector Pinto super Ezechiel. d. cap. 18. pag. 249. & Salon de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. art. 2. licet ne aliquando occidere innocentem, vers. nunc ad argumeta, pag. 115.

Filius liquidem paternae iniquitatis imitator, si pro hac imitatione puniatur a Deo, non pro peccato patris puniatur, sed pro suo, quia talis imitatio peccatum proprium est filij: Non conuenit ergo praed. expositio literae Exodi supra citatae, quae ait; Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem: Ergo non de peccato filij per imitationem, sed de peccato patris proprio loquitur: Si enim peccato filiorum per imitationem commisso ageret text. ille, non solum vsque ad tertiam & quartam generationem deberent puniri, sed in mille illud peccatum imitantes, vt his & aliis rationibus expositionem praefatam Nicolai de Lyra improbauit Alfonso, a Castro lib. 1. de iusta heres. pun. c. 10. vers. 10. Nicolaus Lyranus super Exodum, & c. D. Couar. lib. 2. variar. resal. cap. 8. num. 1. vers. primum, ubi quod vero Hieronymus, Neque obstant illa verba Exodi; His qui oderunt me; Quae Hieronym.

Hieronymus dicit esse referenda ad filios ita vt filij sint, qui oderunt, & ob hoc a Deo puniuntur: quod & probat Hector Pinto ubi supra. Quamuis fateatur posse etiam & ad patres ipsos referri, & ante eum Simanc. de instit. Carhol. cap. 29. n. 4. quia potius secundum rectum ordinem ac sensum literae Exodi, ad parentes sunt referenda, quam ad filios: Inquit enim, Ego sum Dominus Deus tuus Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me, Constat enim, illud relatiuum, Qui, debere referri ad patres, & non ad filios, sicut & genitiuus Eorum, cuius sit relatio per relatiuum, Qui, sed genitiuus Eorum nullo modo ad alium quam ad parentes referri potest, vt constat, quia tertia & quarta generatio, quam propter peccata parentum visitat Deus, sunt qui oderunt Deum, non filij. Eodem modo fuit intelligenda verba quae D. Hieronymus ex 3. Deuteron. citat. His qui oderunt me, & c. Vtrobique enim Deus eandem, licet diuersis verbis, protulit sententiam: ita latius proficitur Castro ubi supra. Nihilominus tamen expositionem D. Hieronymi praefatam, de qua supra in vers. quare ipse Hieronymus loquitur & probat Innocent. III. in c. nisi eum pridem, §. persona, ubi: Ego sum, inquit, Deus & c. de renuntiat.

18 Vera ¶ igitur resolutio atque concordia solidaque doctrina, vt Ezechiel ab Exodo non discrepet, est quod poena aeterna, aut temporalis spiritali (cuiusmodi est priuatio gratiae Dei, amissio iuris ad gloriam suscipiendam, eorumque, quae ad animae salutem maxime necessaria sunt, priuatio (nunquam diuino iudicio puniti fuerunt, nec puniuntur innocentes ob alterius culpam, nec poterant humana lege puniri, & ita intelliguntur verba praecitata Ezechiel. Prophetae, Anima, quae peccauerit, ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, quoniam neminem nisi pro peccato proprio Deus aeternaliter damnat. Non enim dixit, Anima, quae peccauerit, ipsa punietur, sed morietur, Ex quibus patet, non de qualibet poena, sed de sola morte Deum fuisse loquentum, Mors autem, quae ex lege pro omni peccato mortis datur, aeterna est, non vero temporalis. Poena autem corporalis & temporalis quandoque Deus punit in hac vita filios pro peccato parentum ex causis iudicio humano occultis & latentibus, & ita intelligitur, quod ait Dominus in Exodo, se visitare iniquitatem parentum in filios, in tertiam & quartam generationem, nempe poena corporali & temporalis: sedecus veto aeterna, vel temporalis spiritalis. Eodem modo intelligendae sunt auctoritates reliquae supra in idem citatae, vt placuit Diuo Augustino quaestio. 8. super Iosue, & in epistola 75. ad Auxilium Episcop. non imputantur, ubi supra, & in summa, 1. quaest. 4. & in c. undecunquae, & ibi Cardinal. a Turrecremat. 56. disp. Alex. Hales in 3. part. quaest. 41. membro. 4. art. 1. Sanctus Thom. 2. 2. quaest. 108. artic. 4. ad primum, & in 1. 2. quaestio. 87. artic. vltim. Ioan. Arboreus in sua Theosophia, libr. 6. cap. 9. Alfonso a Castro dicit. lib. 2. de iusta heres. punie. cap. 11. & Frater Pinto dicit. cap. 18. Ezechiel. pag. 249. vers. de cimus igitur, colum. 2. & D. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. num. 1. vers. secundum, & in vers. quinta, ubi quod hoc est receptissima omnium opinio: late Iacobus Septimancens. libr. de Catholice. instit. c. 29. n. 1. cum sequentibus: est communis secundum Salon ubi supra in vers. denique, & est communis sententia, vt plures referens affirmat Alfonso. Hoxed. de incompatibil. benef. c. 23. n. 104.

19 Ratio autem ¶ quare Deus in hac vita corporaliter filios innocentes pro peccatis parentum puniat, ea est secundum supra dictos auctores, & supra quoque

retigimus, quia talis filij poena, & patri nocet, & filio ad salutem suae animae prodest: Nam propter eius animae salutem augendam saepe iustos absque illorum culpa Deus in hac vita corporaliter affligit: non igitur mirum est, si iustos filios maiorum parentum Deus corporalibus, poenis & transitorijs cruciet, cum per illas simul, & parentum peccata puniat, & saltem in filiorum spiritalium procurat. Poenis autem spiritalibus, quamuis temporales sint nunquam Deus pro peccatis parentum puniat, & quod ea ratione supra dictos probat cum Augustino Simanc. d. cap. 29. numero 3. & 5. Sic etiam Deus, qui dicit se visitare iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, ipsem ait, propter parentum merita se misericordiam facturum in mille, his ¶ qui diligunt eum: & ita ipsem Deus saepe ob parentum merita non solum mercedes plurimas huius confert, sed mortem & aliam plurimas, quas merebantur, poenas remittit, vt docet Calto libr. 2. de iusta heres. pun cap. vlt. vers. nam Deus, & quod ea ratione puniuntur, in his casibus filius ob scelus patrum, quia magis terrentur patres in persona filiorum, quam in proprias auctoritate Ciceronis & aliorum probat Menoch. consil. 99. n. 220. & in 2. tom. praesumpt. lib. 5. praesumpt. 33. n. 8. & 21.

Praeterea, ideo filij innocentes puniuntur propter parentum scelera in corpore, non autem in anima, quia filij, vt latius praediximus, sunt res parentum quorum ad corpora, quae generunt, non autem quoad animas, quas Deus creauit: Anima enim non est ex traduce, nec a patre generatur, sed a Deo creatur & infunditur: Ideo ait per Ezechiel. 18. Deus: Anima, quae peccauerit, ipsa morietur: & dixerat paulo ante, Omnes animae meae sunt: Et ideo fatendum omnino est, nihil aliud Deum agere, quam quod fas admodumque decens sit: Eius enim voluntas summa iustitia est, & opera eius omnia sanctissima & perfectissima; Ipse enim facit, nos eiusque est vita & mors: ipse occidit, & ipse videre facit, solus ipse vita & mortis habet potestatem: Iuste nobis dat vitam, iuste, cum vult, occidit, Haec summa ratio iustitiae est, nec amplius a nobis de iudicij Dei scrutari licet.

Spiritalis autem poena est, quam ¶ praediximus: Verbi gratia, excommunicatio, quae nisi pro culpa & peccato mortali excommunicati ferri non potest, vt late deduximus supra lib. 1. cap. 4. num. 23. non autem quacunque alia poena ecclesiastica, canonicaue, prout est ecclesiastici interdicti, vt supra hoc capite praediximus, aut irregularitas, haec namque non est spiritalis poena, vt probat Couar. ubi supra, d. n. 5. vers. quinta, aduersus glossam in summa, 1. quaest. 4. & opinionem Couartu. sequitur Hoxeda ubi supra num. 104.

Potest etiam dici, quod paruuli igne Sodomae cum parentibus fuerunt consumpti & in generali diluio operierunt ex peccatis propriis, quibus cum penam meruerint, non tamen actualibus, propter defectum vsus rationis, sed peccato originali, ex quo omnes illi, tam parentes, quam filij paruuli iuste occasionaliter familia passu sunt atque patiuntur: ita Magister Villegas in 2. part. Flor. Sanct. cap. 5. De la vida de Nuestra Señora, pag. 5. & ita inquit Scriptura diuina c. 18. & 19. Genes. quod solus in ciuitate Loth iustus inuentus est, quia licet filij paruuli non fuerint complicés in peccatis parentum, in eorum tamen peccatis fuerunt concepti, & macula patrum natiuitatem praeserarat: vt inquit Ioan. Igneus in leg. final. n. 37. ff. ad Syllan. propter quod omnes igne consumpti sunt: idem contingit in diluio generali, vt constat.

ex cap. 6. Gensf. iuxta quod dicitur in Ecclef. cap. 41. filiorum peccatorum pariet hereditas: & postmodum, & cum semine illorum affiditas opprobrij: quod etiam demonstratur ex translatione peccati originalis simul cum damno inde sequuto generi humano concepto post amissam gratiam nostrorum primorum parentum, iuxta communem doctrinam omnium sanctorum.

22 Hæc quamvis ita se recte habeant ac procedant, ad solam tamen diuinam potentiam pertinent, qui solus potest peccata patrum visitare in filios, in tertiam & quartam generationem.

23 Vnde humana lex minime poterit imitari iudicium diuinum, quo pro alterius culpis & criminibus innocentes corporis pena afficiuntur, tunc enim licet hominibus diuina iudicia imitari, quando ea ex manifestis causis procedunt. At ubi ex occultis nobis latentibus iudicium instruitur, secus est, cum homines ignorant profus quid expediat: Non igitur humana lege iuste quacunque ex causa paniri poterunt innocentes pena corporali ob aliorum crimina, vt habetur Deut. cap. 24. præcitato, & Exod. 23. quod ex D. Augustino & cæteris supra allegatis patet, & pluribus ornat ac probat Simanc. ubi supra, num. 6. resolvens, nullo pacto licere quempiam propter crimen alterius occidere, nec excommunicare, nec fustibus cædere, nec alia corporali pena punire, sicut inter Theologos & Iuristas satis constat, imbiq; ad hoc citat August. lib. 1. de Civitate Dei, cap. 21 & Deuter. cap. 24. & lib. 4. Regum. cap. 24 & illic Abulen. quest. 5. Herodot. lib. 4. Plat. lib. 9. de legib. Herodian. lib. 1. cap. si habes. 24. quest. 3. Ioan. Bohem. lib. 2. de moribus omnium gentium. cap. 9. Brunum lib. 6. de seditione. cap. 6. Alexan. Halens. Sanctum Thomam & Castrum ubi supra.

24 Quare non immerito ¶ Castro ubi supra, d. cap. 11. miratus, quo pacto Imperatores Honorius & Arcad. in l. quisquis, C. ad l. Jul. de vi, non sunt veriti dicere, se ex Imperatoria lenitate vitam concedere filiis eorum, qui Regiam læserunt Maiestatem, tanquam si hæc Imperatoria lenitate seclusa, iuste potuissent filios pro peccatis parentum interficere: Legem siquidem diuinam, quam citauimus, erit illis interdictionem, ne patres pro filiis, aut filios pro patribus interficerent. Idem cum Castro censet in hoc Conar. ubi supra, vers. versia, dicens satis inique id a Cæsaris dictum fuisse. Quod autem Summus Pontifex in d. cap. vergentis, de heretic. dicit, filiis eorum, quæ læsæ Maiestatis sunt rei, vitam ex sola misericordia esse conseruaram, non dixit definiendo aut probando illud, sed solum retulit, quid Imperatorum leges de reis læsæ Maiestatis decreuerint, & inde, tanquam de minori ad maius, arguit de bonorum consilicatione simile esse circa hereticos.

25 Firmissima igitur est hæc, certissima ¶ & infallibilis sententia, vt nulli humano iudici liceat vnquam vnquam hominem pro peccato alterius occidere, nec alia pena corporali eum afficere, vt tenet S. Thom. 2. 2. q. 108. art. 3. Alexand. Hales in 3. p. q. 41. membr. 4. art. 1. & Castro ubi supra, sic intelligens August. prout ex ipso colligi potest, cum dixit, non licere iudici humano, alterum pro alterius peccato punire, nempe de pena, quæ mortem & alios corporis cruciatus comprehendit, quam prædicti vocant penam flagelli.

26 Nihilominus tamen cum iusta subest ¶ causa, & propter Reipublicæ utilitatem, quo promptus & cautius delictis & criminibus homines abstineant, humana lex filios & nepotes pena bonorum, aliaque simili, sancte & iuste potest afficere, vt passim legibus & canonibus definitum est, nunquam tamen absque iusta causa licite potest iudex prædictæ penam impo-

neret, vt probant præfati auctores, estque communis, aut saltem omnium frequentiori sententia, secundum Conar. ubi supra, n. 1. vers. quarta, & hoc modo defendit possunt humanæ leges, de quibus supra, itaque iudicia huiusmodi, quibus innocentes ob aliorum crimina & peccata penam temporalibus afficiuntur, vt notat gloss. in summa 1. quest. 4. & ibi Doctores gloss. & Card. à Turretrem. in dist. cap. undecimque. Imò etiam quandoque ex causa, etiam ¶ absque culpa, diuino & humano iudicio pena pecuniaria inferitur, vt ex pluribus in specie probat Conar. ubi supra, n. 1. in princip. & decis. Pedemont. 88. n. 23. cum segg. alios allegans, & Alfonso Hoxeda ubi supra, d. cap. 23. n. 105. Et addit D. Conar. ubi supra, iniustam causam esse, vt magis à delictis abstineatur, reprimaturque hominum audacia, neque deprauidationes & depopulationes fiant, que omnia publicam respiciunt utilitatem, secundum Ias. & alios, quos refert.

Vnde in ¶ hunc sensum, id est, stante iusta causa, valebunt statuta & consuetudines, vt alij in penis pecuniariis pro commissis aliorum teneantur & puniantur, etiam si nihil verè vel præsumptum commiserint, dummodo non corporaliter plectantur, vt sentit l. fin. C. de primipil. lib. 12. & probatur auctoritate gloss. in rubric. C. de decret. decurio, lib. 10. Bart. in l. iure prorsusum, & ibi Alexand. in additionibus, C. de fabricens. lib. 11. Bart. Bald. & Angel. in l. sancimus, C. de penis, idem Bart. in l. ne quid, ff. de incendio, ruin. & naufrag. Est communis secundum Ias. in aub. nouissima, col. 3. n. 8. C. de inoff. testam. & Felin. in cap. 2. n. 2. de consuet. ubi quod hæc est magis communis opinio, & est communis & verissima sententia, secundum Conar. lib. 2. variar. cap. 8. num. 7. ubi plures allegat, cum quo idem affirmat Alfonso Hoxeda. de incomparibil. benefic. cap. 23. n. 107. & plurimos citans idem fatetur & probat decisio Pedemont. ubi supra, num. 18. qui in princip. illius decisionis loquitur in decreto Ducali præcipiente, damna in prædiis vrbanis, siue rusticis data, censeri & illata ab vniuersitate Constantanensium propinqua, ipsique impuranda, & nihilominus dist. n. 18. resoluit cum communi, valere huiusmodi decreta statuta vel consuetudines, vt prædictimus, & nun. 31. refert ex Angel. in d. aub. vt nulli iudicium, §. quomiam vero, & Barbæ. consil. 66. n. 6. inter consil. Calcanet. quod ¶ statuta & consuetudines, quibus disponitur, municipia tenenti relaxare damna data in eorum finibus, non debent intelligi, quando tenetur à quo fuit illatum damnnum, & est soluendo, quia tunc non debet quis grauari odio alterius, sed quando ignoratur à quo damnnum fuerit illatum, vel scitur, & is, qui damnnum intulit, non est soluendo: quod in his Regnis approbatur in l. 4. vers. 7. si les robadores, tit. 7. partia 5. & intellectu legis vel statuti, quo quis punitur pro alterius crimine, legendi sunt Hoxeda ubi supra, num. 108. & ab eo ibidem citati: quæ conducere possunt pro defensione statutorum atque ordinationum ciuitatum & oppidorum, quibus ex iustis causis cauetur, alterum pro damno dato ¶ in re ad ipsam reuocari- 29 cam vel communiter spectare, teneat ad penam pecuniariam ab ipsis statutis impositam perfoluendam ratione propinquitatis atque vicinitatis, nisi auctorem damni offenderit, dummodo à Rege sint confirmata vel consuetudine legitima approbata.

Ex superioribus ¶ iam clarè deducitur, quod iure Pontificio & Cæsareo statutum est, nempe, vt filij & nepotes eorum, qui diuinam vel humanam Maiestatem læserunt, infamia notentur, & indigni censentur ad obtinenda officia publica, & beneficia Ecclesiastica, aliaque Reipublicæ manera: Hoc enim sancitum est ob criminum grauitatem, ex qua innocentes filij 30

26

27

28

29

30

ob

ob scelera parentum, pena temporali bonorum & similibus puniuntur, vt in dist. l. quisquis, C. ad l. Iuliam Maiest. §. filij, cap. vergentis, de heretic. cap. 2. §. heretici, cap. statutum, in secundo, eodem tit. 8. in 61. §. tit. 13. lib. 3. Nonne Collectio Regia, nonnulli ex prædictis interprecibus indicantur, & Simancas ubi supra, n. 13. cum sequentibus, & duodecim casus, in quibus pro parentum sceleribus filij puniuntur, congerit Marth. de Afflic. in consuet. Neapol. tit. 2. n. 33. qui est etiam videndus n. 24. Quare autem liceat in prædict. casibus punire filios pro partibus videndus est late Simancas ubi supra, n. 7. cum segg. & plura circa earundem constitutionum interpretationem satis in praxi, viliâ tradit ac discutit Conar. ubi supra, n. 2. cum sequentibus & Simancas etiam ubi supra, num. 16. cum sequentibus, & Menochius dist. præsumpt. 33. per totam. Ex quibus vnum tantum, quia difficillimum, prætereundum silentio non duximus.

31 Nempe; An filij hereticorum ante crimen commissum nati efficiantur infames, & denique cæteris penis canonicis prædictarum constitutionum puniantur extra corporalem, necne? Hæc quæstio ingens est, & que magnam in vtramque partem probabilitatem habet.

In primis enim Calderinus conf. 3. in tit. de heret. post multa hinc inde allegata, in ea residet sententia, Catholicos filios hereticorum, & incapacitatem patris laboretur in heresim, nati sunt, non esse puniendos illis penis, quæ à iure Canonico contra filios hereticorum statuta sunt: cuius sententia primo vrgenter probari videtur ex Gratiani miscellanis in cap. non impuratur, 1. quest. 4. cuius verba ita se habent: Non impurantur filii peccata parentum, quæ post eorum natiuitatem à parentibus committuntur, nec pro peccatis parentum spirituali pena filij sunt plectendi: officio autem vel beneficio Ecclesie priuari, spiritualis pena est non igitur hæc ex peccato patris promeretur filium. Hactenus Gratianus ex Augustino ad Auxentium Episcopum epistola 75. Ex quo illud primo deducitur, filios natos ante heresim à parentibus commissam, minime penam eius criminis affici. Secundo, filios hereticos non esse priuandos beneficiis ecclesiasticis, quæ iam tempore commissi criminis obtinebant: vtrumque autem, præcipue primum sententiæ Calderini fauet.

Secundo pro eadem parte facit, quia nulla est lex, quæ talem filium nominatim exprimat, nec eadem est ratio huius & aliorum filiorum.

Tertio, quia d. l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest. loquens 32 in crimine læsæ ¶ Maiestatis humanæ, solum punit filios post crimen commissum, non ante crimen natos, vt ibidem Cynus, Petrus & Angel. adnotarunt, est communis secundum Alciat. consil. 467. n. 7. & hæc tanquam mitior & benignior placet Iulio Claro in sua præf. crimin. in §. læsæ Maiestatis, versiculis fuit etiam, & Ioan. Orof. in l. emancipatum, n. 1. cum segg. ff. de senator. ubi etiam refert esse eam communem, & D. Molin. alios allegans de Hispan. primog. lib. 4. c. 11. n. 55. & Velazq. in l. 4. Taur. gloss. 7. n. 13. Anton. Gom. in l. 11. Taur. n. 51. Cifuent. in l. 4. Taur. colum. 3. versic. 2. modo limitatum. Iulius Scarlat. consil. 13. tom. 1. consil. crim. & refert esse magis communem ex Alciat ubi supra, Hoxeda. in dist. de incomparibil. benefic. 1. part. cap. 23. n. 98. Et quamvis contrarium ob eandem rationem in vtroque probauerint in d. l. quisquis, Albericus & Salyc. & nonnulli alij, quam esse communem testatur Claudius in leg. si quis id quod, n. 14. ff. de iurisdictione omnium iud. vt refert Clarus & Orof. ubi supra: opinio tamen Cyni & Petri hodie iure Regio expresse probata est in l. 6. tit. 27. part. 2. & in l. vltim. tit. 31. part. 7. & in l. 4. tit. 9. lib. 4. ordinamen. vt hodie est l. 3. in vers. Per de iuris, ubi, Ni subijto que ouo desines, tit. 8. lib. 8.

Nonne Collectio Regia: Id quod Antonius Gomez 3, tom. cap. 2. n. 6. ad finem, & omnes penæ Cohispani notari, hæc de re agentes, expresse notant atque pro constitutissimo, vt pote legibus Regiis declis, habent excepto vno Gregorio Lopez in l. 2. tit. 2. part. 7. in glossa sus hijos, qui propter verba nimis generalia illius legis, ibi, Todos los hijos, existimat, contrariam partem esse pro tunc vetiorem, quamuis tandem relinquatur cogitandum: sed non obstat d. l. 1. Nam secundum Orofium ubi supra, n. 3. illa verba ¶ vniuersalia 33 sunt interpretanda & declaranda ex verbis d. l. 6. tit. 27. part. 2. & restringenda ad eos filios, in quibus potest cadere infamia de iure, scilicet in natis post crimen: vel intelligenda sunt de omnibus tam legitimis, quam naturalibus, & spuris, emancipatis, seu filijs familiaribus, de quibus contentio fuit inter scribentes, vtrum filij illius dispositione comprehenderentur omnes: tamen non aliter, quam si post delictum nati fuerint, penam infamiae & incapacitatis, incurrunt: quod etiam latius explicat Dn. Molina ubi supra, n. 56. vbi, quod lex illa 6. admittere non potest intellectum, quem etiam Grego. ibidem assignat, dicens quod intelligenda sit de pena expulsionis patriæ, non autem de pena infamiae & incapacitatis successione, quia nulla ratio assignari potest, quare magis id in pena expulsionis à patriâ, quam in penis infamiae & incapacitatis feruari debeat, cum pena infamiae & incapacitatis, pena filij longe maior sit: & hoc declarat ex ratione ab eadem lege assignata, ibi: En todas las cosas alli do pusiéron pena a los Hijos: Hæc namque ratio generalis est, & omnes penas filijs appolitas comprehendit nec prædictam restrictionem admittit.

Cum igitur hæc ita se habeant, cur diuersum censendum erit in crimine heresis, cum id expresse decidit iure canonico non inuenitur.

Quarto, quia ¶ sicut filius natus ante dignitatem 34 patris, non consequitur prerogatiuas & honores eius, multo minus illi nocere debeat crimen à patre post eius natiuitatem commissum: Odiâ enim restringi & fauores conuenit ampliari, cap. odia, de regul. iur. in 6. l. si quis in suo §. 1. C. de inoff. testam. l. Diuo Marco, C. de quest. 1. si quis de curio, la tercera, l. neque Dorotheum, cum alijs pluribus eiusdem tituli. C. de decurio. lib. 10. & inquit glossa in d. l. Diuo Marco, verb. aspergit, in versic. sed si filium, maculam ¶ patris filius antea natus minime præ- 35 iudicatur, quin vtantur priuilegiis, quibus vti poterant ex paterna dignitate ante crimen commissum: quæ glossa est communiter recepta secundum Couarruiam lib. 4. variar. resolution. cap. 8. n. 5. versic. 4. soler, & Menoch. d. c. præsumpt. 33. n. 39. Sic etiam gloss. in c. iam itaque, verbo, reatum, 1. quest. 4. dicit, Reatum patris tranfite in filium postea natum, non in eum, qui prius natus fuerat. Similitur etiam, quamuis sint, qui existiment, priuilegium nobilitatis à Principe datum alicui, prodesse filiis ante priuilegij concessionem natis, & ideo eos nobiles etiam ¶ et censeri, vt tenet Guiliel. de 36

Cugno in l. senatoris filium, per text. ibi, ff. de senat. lo. de Platea in l. si senator, C. de dignit. lib. 12. & apud Gallos hæc opinio recepta est secundum Tiraquel. de nobilitate, cap. 15. n. 8. contraria tamen opinio iure veteri est & probatur in l. vlt. C. de decurio. lib. 10. eamque sequitur alios allegans Cou. ubi supra, d. n. 5. vers. ibi, quibus accedit, dicens, hanc sententiam se vidisse sæpissime in illo Regio Granatenf. Prætorio admiffam fuisse, & est expressa l. 1. in fin. tit. 1. lib. 6. Nonne Collectio Reg. quam esse iuri communi consonant affirmat Orof. de nobil. 4. part. prin. c. 2. Geop. Leg. in l. 2. verb. Las honras, tit. 3. part. 2. Igitur si in fauorabilibus filij ante nati non trauerunt priuilegio notabilitatis patri postea concessa, fortiori eis non nocet infamia patris ei postea superue

V v 3 superue

antea vel postea natos, & inde cessat ratio differentie Calderini. Præterea si ipsa vera esset, sequeretur inde, omnes filios post crimen hæresis à patre commissum natos iure præsumendum aut suspicandum fore esse imitatores vitii patris: Hoc autem verum non est, nisi probetur: Ergo, &c. Insuper filii hæreticorum in hoc non puniuntur ex peccato proprio imitationis, quia si hoc in eis esset, actius punirentur pro suo proprio crimine & merito pœnæ, sed propter peccatum parentum tantum, ut supra resolvimus, rationibus, de quibus ibi, quia parentes puniuntur per filios, tanquam res proprias ipsorum: At si hoc ita est, quid opus est distinguere, an sint nati ante, vel post crimen parentum, quandoquidem tempore punitionis parentum, qui puniuntur in filiis omnes quidem nati sunt, & omnes sunt filij proprii ipsorum, unde merito ut omnes indistincte propter hanc causam, etsi absque culpa propria, pœnas canonicas luan. Ratio igitur differentie Calderini non est omnino efficax nec præcisa, finalis aut peremptoria, adeo, ut ipsa cessante, cesset iuris canonici dispositio: & in terminis hanc secundam sententiam, quæ habet; Filios hæreticorum, etiam natos ante crimen commissum, sub pœnis & prohibitionibus canonicis comprehendendi, tenent Ioann. Andreas, Dominicus & Philip. Francus in cap. vi commissi, de hæret. in 6. & Villadieg. de hæret. quæst. 23. num. 5. Ioan. Lupus de iusta obtens. Regni. Navar. 5. part. 5. 8. obiectio. 4. ubi dicit eòmunem, & repertorium inquisit. verb. filij, Gald. in disputat. Regia. 5. 18. & eam probat intrepide & latissime Alfonso. à Castro, lib. 2. de iusta hæret. punit. capit. ult. versic. autem: idem etiam Castr. lib. 1. de potestate leg. pœnal. c. 7. in versic. & primo infero, & Couar. lib. 2. var. resolut. c. 8. num. 5. & 6. Et eam esse communem profitetur ex aliis Iul. Clarus ubi supra, in 5. hæresis, & D. Molin. ubi supra, d. num. 55. plures referens, & hanc quotidie usu probari se videte fatetur Siman. ubi supra, quamvis hitres vltimi auctores, ut prædiximus, contra eam teneant, sed ipsam aperto ore probat atque magis communem esse refert ex testimonio aliorum, & quod usu & consuetudine est recepta, Roxas de hæretic. assertion. 44. & eam sequitur Didac. Perez in l. 3. tit. 9. lib. 4. Ordinam. col. 1404. dicens, quod propter immanitatem tanti criminis, maxime hac nostra tempestate, sequenda est: ad quem locum se remittit idem auctor, in l. 1. in fin. tit. 1. lib. 6. ordin. col. 36. & ante eum eam probat & communem appellat Otalora de nobil. 4. part. princ. cap. 9. num. 8. & alios referens hanc sequitur Velazq. in l. 4. Taur. gloss. 7. num. 10. & est verior, crebrior & receptior, ut pluribus relatis testatur Menoch. eam latissime probans & sequens d. præsumpt. 33. num. 17. cum segg. ubi respondet cum Couarru. fundamentis contrariæ patris: Hanc etiam videtur sequutus Cantera in suis quæstionibus crim. c. 1. de hæret. & apostat. num. 11. pag. 371. col. 2. & Didac. Perez in l. 1. tit. 7. lib. 8. ordin. pag. 19. columna 1. & 2. & hæc communis sententia consuetudine recepta est secundum Hoxed, d. cap. 23. num. 99.

46 Superest modo, ut respondeamus ad fundamenta supra adducta pro contraria parte: & quidem non obstat primum ex Gratiani miscellaneis ex cap. non imputantur, 1. quæstion. 4. Nam Augustin. à quo Gratianus desumpsit primam partem, quamvis non iuxta litteram Augustini translatus sit in decretorum li-

brum, de pœna spirituali agit, nempe de sententia excommunicationis, qua, inquit ipse, crimine hæresis à patre commissio filij nati ante crimen peccati non debent, ut ex ipsa epistola originali D. August. pater, & notavit gloss. in d. c. non imputantur, quod nos non negamus; qui agimus de alius pœnis canonicis temporalibus; neque ex hoc inferitur, D. Augustin. concessisse, filios post crimen à parentibus commissum natos posse pœna spirituali puniri: Hoc namque, nec verum est, nec Augustinus voluit, imo fuit ab eo casus omisus, & in his, quæ ab auctoribus omittuntur, non licet sensum absurdum coniecturare, nec argumentum à contrario sensu contra ius commune sumere, Præterea ita D. August. scripsit, quasi præsumeret, filios post crimen natos ex sanguine infecto participes futuros criminis, & ideo posse ob eam culpam pœna, etiam spirituali puniri, tanquam veri delicti participes: Quinimo ad maiorem persuasionis vim D. Augustin. arguens Auxilium Episcopum, quod perperam ob crimen patris innocentes filios pœna spirituali punisset, ostendit id male fieri, etiamsi ratione sanguinis infecti ea punio processerit, cum filij essent ante crimen commissum nati, ut recte perpendit Couarruanus ubi supra, num. 6. ubi addit, quod quicquid sit de his interpretationibus, illud est obseruandum, ætate Augustini nondum fuisse à Canonibus statutas pœnas istas aduersus hæreticorum filios, ut ibi probat: Quo fit, ut prior pars illius canonis nostræ communi sententie minime obsit. Secunda vero canonis pars, quatenus asserit, filios non esse puniendos spirituali pœna ob culpam parentum, vere Augustini epistola conuenit: quæ vero statim sequuntur, versic. officio &c. verba sunt Gratiani, non autem Augustini, à cuius sensu ea Gratianus intulit, & præterea falsa est sua illatio iuxta sensum ipsius Gratiani, ut optime docet Couar. ubi supra, quem sequitur Menoch. d. præsumpt. 33. n. 33. cum segg.

Ad secundum respondeo, quod etsi nulla sit lex, quæ nominatim filios ante hæresin natos condemnet, attamen satis expressum id dicitur; Quandoquidem sub generalitate & præcisa decisione iuris canonici necessario comprehenditur, ut patet in d. c. filij, & in c. statutum, cl. 2. de hæretic. in 6. & præterea propter immanitatem criminis eadem est ratio omnium filiorum, ut supra docuimus.

Ad tertium respondeo, id verum esse in crimine læsæ Maiestatis humanæ, quia leges Regiæ, ad quas hoc decernere spectat, id fancierunt, non tamen inde sequitur necessario, idem esse in crimine hæresis & læsæ Maiestatis diuinæ, quod multo gratius est.

Ad quartum respondeo, maiorem rationem in nostra specie concurrere ad nocendum filiis antea natis, propter tanti sceleris prauitatem, quem in cæteris, ex quibus prædict. argumentum sumimus, ideoque nil mirum, si diuersa iuris dispositio in ea statuarur.

Ad quintum & vltimum respondeo, Concilium 47 illud Toletanum atque argumentum contra hanc secundam sententiam sumptum, non omnino conuincere contrariam, præterquam quod Concilium illud Toletanum generale non est, quamvis nec proprie prouinciale, quippe quod ex totius Hispaniæ fere Prælati congregatum fuerit, secundum Couarr. ubi supra num. 6.

Laus De o.

INDEX



INDEX RERVM ET VERBORVM

ORDINE ALPHABETICO DIGESTORVM, quascunque materias & quæstiones quam breuissimè, casque sub suis rubricis locatas facillimè complectens.

A



ABSENTES ab Ecclesia pro vtilitate ipsius, luctantur etiam distributiones quotidianas. cap. 1. n. 144. lib. 1.

Absentem non citatum diuinæ atque humanæ leges iudicare prohibent. cap. 16. n. 9. lib. 2.

Abraham iam proeclatæ ætatis factus, senioresum filio suo Isaac vxorem acciperet, sed ex terra & cognatione sua, & idem prope præcepit Isaac filio suo Jacob. c. 26. n. 15. l. 1.

Absolutus in animæ iudicio, etiam penitentia petita, potest in exteriori foro accusari & puniri. c. 2. n. 3. lib. 1.

Absolutus ab excommunicatione, in qua permansit per tempus prohibitus à l. 1. tit. 5. de los descomulgados, lib. 8. nouæ Collect. Regiæ, an possit post absolutionem pœnis ab eadem l. impositis puniri? c. 11. n. 8. & seq. & n. 19. assignatur concordia, l. 1.

Absolutus in foro penitentis, non remanet absolutus in exteriori, quin de eo crimine puniri possit. c. 12. n. 16. lib. 1.

Absoluere aliud est quam dispensare. c. 3. n. 4. l. 1.

Absoluere qui potest, in foro conscientie dispensare non potest. c. 3. n. 1. lib. 1.

Absolui an quis possit virtute bullæ Cruciatæ, ab irregularitate contracta ratione peccati. cap. 3. num. 1. & seq. lib. 1.

Absolui an possit excommunicatus à iudice per confessarium, virtute bullæ Cruciatæ vel iubilæi, satisfacta parte in vtroque foro. c. 2. n. 1. & seq. præcipue n. 10. 11. & 12. lib. 1.

Absolutio à censuris in vtroque vel in altero foro, virtute iubilæi facta, intelligitur tantum quoad effectum consequendi iubilæum, eo autem consequuto, censuræ inciditur. c. 2. n. 19. lib. 1.

Absolutio in foro conscientie tantum, parte non satisfacta, partem prodesse possit ad consequendum iubilæum, contradicente parte vel parrocho, aliove sacerdote, cui excommunicatio innotesceret. c. 2. n. 20. lib. 1.

Absolutio ab irregularitate rationis peccati contracta, est reserua Summo Pontifici. c. 3. n. 2. lib. 1.

Absolutio vel dispensatio ab irregularitate, non continetur in generali concessione absoluendi à quibusuis peccatis, censuris, & pœnis. c. 3. n. 3. l. 1.

Absolutio ab irregularitate contracta ratione peccati, quæ virtute bullæ Cruciatæ fieri potest, procedit tantum in foro interiori, secus in exteriori. cap. 3. n. 7. lib. 1.

Absolutio ab excommunicatione est meri impetij. c. 5. n. 26. lib. 1.

Absolutio à sententia excommunicationis maioris, est reserua solis Episcopis. c. 5. n. 27. lib. 1.

Accipere vel dare aliquid pro sustentatione spiritualia administrantium, scitum est, secundum ordinationem Ecclesiæ, & consuetudinem approbatam, ac constitutiones Episcoporum, qui taxare possunt, quanto stipendio ille dignus sit, qui tali seruitio Ecclesiæ mancipatur, dum tamen ab sit emptionis vel venditionis cogitatio. c. 29. n. 3. lib. 1.

Accipiens beneficium non curatum, hæsitans & non deliberans permanere in eo statum, satisfaciens tamen eius oneribus an peccet. c. 5. n. 27. l. 2.

Acta in Concilio Constantiens. & Basiliens. circa damnationem quorundam articulorum hæreticorum, & causas beneficiale ac censuras approbatæ fuerunt auctoritate Apostolica, & quomodo hoc intelligatur. c. 1. n. 2. & 15. l. 1.

Actus omnes ab occulte excommunicato gesti, siue sint ciuiles, siue spirituales, sunt validi. cap. 1. n. 31. & seq. lib. 1.

Actus in dubio potius debet interpretari ut valeat, quam ut pereat. c. 2. n. 4. lib. 1.

Actus à principio nullus, accedente postea consensu incipit valere, prout ex tunc. c. 18. n. 6. l. 1.

Actus contra iuramentum factus, non est nullus, sed validus, licet contra faciens sit peritius. c. 8. n. 35. lib. 2.

Actus si non valet ut sit, nec valet ut fieri potest, ubi agitur de obligatione contrahenda in his quæ pendunt à voluntate duorum. c. 13. n. 3. lib. 2.

Actus quidam sunt directe & immediate tendentes ad mortem ex propria natura: alij vero mediate, & ex accidenti ad mortem opportuni & proximi, ut hic declaratur. c. 24. n. 20. lib. 2.

Actio pœnalis oriens ex contractu, transit ad heredem, etiam iure ciuili attentio, si dolus commissus in contractu, vel circa contractum, purgatur per actionem orientem ex illo contractu, & non per actionem aliunde descendente: natura contractus est, ut actiones ab eo descendentes transiant ad heredes, & ideo merito ipsi tenentur. c. 18. n. 58. & 59. l. 2.

Actio